



## UNA VOCE VENETIA

### DOMENICA DI SESSAGESIMA

*II classe. Semidoppio - Stazione a S. Paolo.*

#### **Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam** *Luc. 8, 4-15*

IN ILLO témpore: Cum turba plúrima convenírent, et de civitatibus properárent ad Jesum, dixit per similitúdinem: Exiit, qui séminat, semináre semen suum: et dum séminat, áliud cécidit secus viam, et conculcátum est, et vólucres cæli comedérunt illud. Et áliud cécidit supra petram: et natum áruit, quia non habébat humórem. Et áliud cécidit inter spinas, et simul exórtæ spinæ suffocavérunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam: et ortum fecit fructum céntuplum. Hæc dicens, clamábat: Qui habet aures audiéndi, audiat. Interrogábant autem eum discípuli ejus, quæ esset hæc parábola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mystérium regni Dei, céteris autem in parábolis: ut vidéntes non vídeant, et audiéntes non intéllegant. Est autem hæc parábola: Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui áudiunt: deínde venit diábolus, et tollit verbum de corde eórum, ne credéntes salvi fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gáudio suscípunt verbum: et hi radíces non habent: qui ad tempus credunt, et in témpore tentatiónis recédunt. Quod autem in spinas cécidit: hi sunt, qui audiérunt, et a sollicitudinibus et divítiis et voluptátibus vitæ eúntes, suffocántur, et non réferunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono et óptimo audiéntes verbum rétinent, et fructum áfferunt in paciéntia.

#### **Dal Vangelo secondo Luca** *Luc. 8, 4-15*

IN QUEL tempo: Radunandosi e accorrendo a Gesù dalle città gran folla, disse in parabola: Andò il seminatore a seminare la sua semenza, e nel seminarla, parte cadde lungo la strada e fu calpestata, e la beccarono gli uccelli dell'aria; parte cadde sul sasso, e, appena nata, si seccò, non avendo umore; parte cadde tra le spine, e queste cresciute insieme la soffocarono; parte, poi, cadde in buon terreno, e, cresciuta, diede il centuplo. Ciò detto esclamò: Chi ha orecchi da intendere, intenda. E i suoi discepoli gli chiesero che cosa volesse mai dire questa parabola. Ed egli rispose loro: A voi è concesso d'intendere il mistero del regno di Dio, ma a tutti gli altri parlo in parabole, affinché guardando non vedano, e ascoltando non intendano. Ecco il significato della parabola: La semenza è la parola di Dio. Quelli lungo la strada sono coloro che ascoltano, ma poi viene il diavolo e porta via la parola dal loro cuore affinché non credano e si salvino. E quelli sul sasso sono coloro i quali, udita la parola, l'accolgono con gioia; ma non hanno radice e credono quindi per un certo tempo e poi al tempo della tentazione si tirano indietro. Seme caduto fra le spine sono coloro che hanno ascoltato, ma, coll'andare avanti, restano soffocati da cure, da ricchezze, e dai piaceri della vita, e non arrivano a maturare. Seme poi caduto in buon terreno sono coloro che ritengono la parola ascoltata in un cuore buono e perfetto e perseverando portano frutto.